



**De Moralitate, Natvra, Et Effectibvs Actvvm
Svpernatvralivm In Genere Et Fide, Spe, Ac Charitate,
Speciatim**

**Coninck, Gilles de
Antverpiae, 1623**

Appendix Ad Dvb. IX. circa quasdam difficultates hīc disputari solitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79645](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-79645)

D V B I V M IX.

Quaratione obligemur ad elicendum actum spei

112 **S**atis inter omnes constat, nos aliquando
1. Tim. 6. obligari ad elicendum actum spei, quia
1. Paral. 10. Scriptura hoc multis locis aperte innuit: nam
sap. 2. Apostolus 1.ad Timoth. 6. ait: *Divitibus huius seculi precepe non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo viuo.* Hinc 1. Paralip. 10. in fine, inter cetera peccata ob quae Saul fuit a Deo reprobatus, numeratur illud quod non sperauerit in Domino. & Sapientiae 2.v. 22. inter cetera obiicitur impiis quod non sperauerint mercedem iustitiae.

113 **N**ecessitas spei ad bene vivendum.
Ratio horum est, quia spes est medium omnino necessarium ad vitam recte instituendam: nam spectata nostra fragilitate & inclinatione in amorem proprium, moraliter & secundum humanum agendi modum fieri nequit, ut sine villa spe mercede siue boni a Deo adipiscendi serio & constanter proponamus cum tantiis difficultatibus virutem sequi, & peccata omnia fugere. Et quamvis ex singulari Dei auxilio fieri possit, ut quis sine illo respectu ad bonum proprium pure ex Dei amore eiusmodi propositum firmiter concipiatur; tamen illud extraordinarium est, nec tale auxilium nisi forte rarissime datur, praesertim ijs qui in via Dei non sunt valde perfecti. Hinc Sapientiae 1.v. 27. & 28. dicitur: *Timor Domini expellit peccatum, nam qui sine timore est non poterit iustificari.* Timor autem & spes ab eodem habitu proficiuntur, ut infra ostendam. & ille nisi adspicatur cuadendi malum impendens, & adipiscendi bonum quod timemus amittere, nullam habet vim nos excitandi ad virtutem.

114 **L**oreto. **T**ota difficultas est, quibus temporibus obligemur elicere actum spei. Quia de re varijs varijs sentiunt, ut videre est apud Lorcum 2.2. feb. 2. disput. 18. quorum opinionibus breuitatis causa omisis, paucis rem expediam, quia in re ipsa non est tanta difficultas, aut si quae sit facilè explicabijur ex ijs qua infra disput. 24. dub. 3. dicam de tempore, quo obligamur elicere actum caritatis.

C O N C L U S I O. Tenemur elicere actum spei, quando peruenimus ad ultimum rationis, non quidem primo omnino instanti, aut etiam ex quo tempore hunc proxime sequente (hoc enim sine fundamento affereretur, ut facile patet ex dicendis disp. 24. dub. 3.) sed ita ut illum tunc non valde diu differamus, postquam habemus sufficientem ad hoc ipsum Dei, eiusque prouidentia, ac rei sperandæ cognitionem, sine qua eiusmodi actum nequimus elicere. Maxime autem tales haec obligatio tunc virget, quando ijs occurrit seria cogitatio circa finem, quem debent sibi totius vita propondere, sua omnia in eum dirigendo. Ratio huius est, quia, ut ostendi num. 113. vix fieri potest ut quis concipiatur seruum ac confitans propositum bene vivendi, nisi eiusmodi spem concipiatur. Clarum autem est, nos in tali tempore ac circumstan-

tis teneri concipere propositum bene vivendi, quia alias fieri nequit, ut de facto bene vivamus.

Ex quo vltierius sequitur, nos sapientius per vi-
tam teneri actum spei elicere, quoties nimis
tenemur elicere eiusmodi propositum, præser-
tim si tunc non habeamus actualem caritatem.
Pater etiam ex loco supra citato ex Ecclesiasti-
co, qui docet nos sine timore (& eadem est ra-
tio spei) non posse iustificari, id est in iustitia, ac
sine peccato perseverare, ut patet ex priore i-
psius ibidem dicto. Quoties autem hoc præcep-
tum præsertim sub mortali obliget, non po-
test certa assignari regula, & in diversis potest
sapientius aut rarius obligare, prout magis vel mi-
nus indigent frequentatione eiusmodi propo-
siti, ut a peccatis abstineant.

Præterea ad actum spei obligamur, quoties
obligamur elicere attritionem aut contritionem,
quia aut vix aut forte etiam nullo modo sine
singulari omnino & extraordinario Dei con-
cursu fieri potest, ut eos actus eliciamus sine spe
reconciliationis cum Deo. Hinc etiam, quia
quoties suscipimus Sacramentum Penitentiae
debemus habere intentionem reconciliandi
nos Deo, debemus etiam necessario elicere ac-
tum spei.

Item haec obligatio virger quoties tenemur,
aut etiam sponte volumus aliquid ad salutem
pertinens a Deo petere, quia hoc nequimus de-
bet facere sine spe id obtinendi. Demum haec
obligatio maximè virget in fine vita, cum ob-
tentationes tunc ingruentes, tum etiam quia
tunc maximè debemus intentionem ed dinge-
re, quod nobis migrandum est.

A P P E N D I X A D D V B I V M IX.
*Circa quasdam difficultates hic disputari so-
litas.*

Disputant alij huc præterea. Primo, vtrum
actus spei sit supernaturalis in substantia,
& eius habitus infinitus. Sed hac dere satis dixi
disp. 4. dub. 3. & disp. 6. dub. 1. vbi ostendi, ad v-
trumque esse affirmatiu respondendum. Item
vtrum actus in sua substantia naturalis versari
possit circaidem obiectum formale cum speia
substantia supernaturali. Sed disp. 5. dub. 3. ost-
endi fieri posse. Tertio, vtrum actus spei sit ne-
cessario honestus: an vero ex circumstantia aut
malo fine vitiari possit. Sed huius est facilis lo-
tatio ex dictis disp. 3. dub. 8. & 9. vbi ostendi a-
ctum voluntatis ex obiecto formalis bonum non
posse vitiari ex circumstantijs aut fine extrinse-
co: nec eundem actum voluntatis posse esse mo-
dum bonum, modum malum, nisi varietur eius ob-
iectum formale, & species physica. Ex quibus
sequitur, actum spei theologicae necessarij esse
bonum, nec posse vitiari.

Dices, Possum desiderare Deo frui ob malam
finem, aut ad eius fruitionem peruenire per ma-
la media: ergo spes poterit vitiari. Respondeo,
quidquid sit de antecedente, nego consequen-
tiam; quia in vitroque casu mutabitur obiectum
formale spei. De priore per se patet, quia tunc
malus

116
117
118
119

Actus spei
est superna-
turalis, cuius
que habitus
infinitus.

Actus spei
necessario
bonus.

malus ille finis erit obiectum formale illius de-
tenta nequit licuius finis nequit me mouere ut eam inten-
ad mala me-
dia eligenda.

malus ille finis erit obiectum formale illius de-
siderij. De secundo probatur, quia bonitas a-
mouet me mouere ut eam inten-
dam acquirere per media, qua scio, aut facilè
hinc & nunc scire possum ipsius acquisitioni re-
pugnare, ut ostendi dub. 9. citato. Quare cùm
omne peccatum directè repugnet acquisitioni
ipsius Dei, quatenus est nostra beatitudo, fieri
nequit, ut verum & sincerum siue purum desi-
derium possidendi Deum moueat voluntatem
ad aliquid peccatum; sed omnis intentio qua
mouet ad peccandum, necessariò respicit ali-
quod aliud bonum, quod inordinatè appetitur,
ut locis citatis in alijs similibus fusiùs os-
tendi.

120

Quarto, vtrum habitus speci crescat per actus
speci informis, aut per quoluis actus alterius vir-
tutis meritorios. Quam difficultatem explicui
disp. 6. dub. 4. n. 59. 60. 61.

Quintò, quando adulstus carens habitu speci
elicit primò actum speci, vtrum hic primo insta-
ti producatur ab ipso habitu, ad quem ultimo
disponit. Sed disp. 6. dub. 7. ostendi id implicare
contradiccionem.

Quare his iam omissis pergemus sequenti-
bus dubijs disputare de subiecto speci, in quibus
tamen agendum erit de modo quo spes in dam-
natis corrumpitur; qua ratione autem corrum-
patur per desperationem ostendemus disp. se-
quenti, n. 149.

121

Antequam autem circa hanc materiam du-
bia hinc tractanda proponam, notandum est in
1.2. q. 40. a. 1. & 2. à multis disputari vtrum spes
sit in potentia irascibili, an verò in concupisci-
bili; & S. Thom. ibidem a. 1. videtur supponere
eam esse in irascibili, eo quod respicit obie-
ctum arduum, quod speciat ad irascibilem. Sed
quamvis hoc possit disputari ac dici de spe,
prout passionem quandam significat versan-
tem circa bona sensibilia, aut quatenus etiam
significat quandam habitum eiusmodi passio-
nis moderatiuum; tamen loquendo de spe theo-
logica, cùm hæc respiciat obiectum persensum
nil modo perceptibile, certum est non posse
esse in parte inferiori animi, sed necessariò sub-
iectari in parte animi superiori: & consequen-
ter in voluntate; cùm sit virtus potentiae appe-
titiva, non autem intellectiva, ut patet ex di-
ctis. Hinc etiam D. Thom. 2.2. qu. 18. art. 1. docet
spem necessariò subiectari in voluntate.

D. Thom.

Hoc igitur supposito solùm hæc restat dispu-
tandum, in quibus personis reperiatur spes theo-
logica, tam secundum habitum, quam secun-
dum actum.

D. Thomas.

Rursum cùm satis constet spem non posse re-
periri in Deo, cui nihil potest illa ratione esse
arduum; solùm hæc agamus de creaturis, & li-
mul etiam de Christo, quia cùm sit simul Deus
& homo, & fuerit comprehensor & viator, de
eo singularis est difficultas. Et quanvis ordo
dignitatis postulet ut primò omnium agamus
de Christo; tamen ratio claritatis exigit ut pri-
mum agamus de alijs Beatis.

Spes theo-
logica in so-
la voluntate
subiectatur.

D V B I V M X.

Vtrum spes maneat in Beatis?

Potest hæc difficultas intelligi tam de actu,
quam de habitu speci; de utroque enim sunt
diuersæ Theologorum sententiae.

Prima absolute negat spem manere in Bea-
tis, tam secundum habitum, quam secundum
actum. Ethanc videntur tenere multi antiqui
Theologi, ei que videtur fauere D. Thom. 2.2. q. 18. a. 2. sed eam clare non exprimit, & facile pos-
set explicari ut solùm loquatur de actu; aut, et si
loquatur de habitu, tamen non negat genera-
tim hunc remanere, sed solùm negat eum ibi
habere vlo modo rationem speci. Eam autem
fusè defendit Lorca 2.2. sect. 2. disp. 7. Lora.

Probatur Primo, ex Apostolo 1. ad Corinth.
13. v. 8. vbi tamquam aliquid singulare at de ca-
ritate, quod numquam excidat, sine quod per-
maneat in patria. & v. ultimum: Nunc autem ma-
nenit, fides, spes, caritas; tria haec major autem horum
est caritas, vbi videtur aperte insinuare, spem &
fidem in patria euacuandas, & ideo his maiore
esse caritatè, eo quod, ut supra dixit, numquam
excidat. Vnde etiam Patres ex hoc loco com-
munitur docent, fidem & spem non manere in
patria.

Nec satis facit, si dicas eos loqui de solo actu;
quia ipsi loquuntur de spe, sicut Theologian
de ea loquuntur, qui per eam intelligunt tam
habitum quam actum.

Probatur Secundò, quia spes essentialiter
requirit versari circa obiectum absens, nam, ut
dicitur ad Roman. 8. Spes qua videtur non est spes, Rom. 8.
nam quod videt quis, quid sperat? Cùm igitur Beati
iam Deum sibi præsentem possideant, nequeunt
cum sperare: ergo nequeunt habere actum speci
theologicæ, que necessariò versatur circa Deum.
Vnde vterius infertur, eos non habere habi-
tum speci: quia hic maneret otiosum.

Secundò, quidam apud Valsquez i. p. disput.
8.4. c. 1. docent, Beatos retinetur habitum speci, & Valsquez
eliceret etiam aliquos veros actus speci, circa ali-
qua obiecta eius secundaria.

Proabant Primo, quia ipsi sperant beatitudi-
nem sui corporis. Secundò, quia ipsi sperant
beatitudinem alijs hominibus ergo habent ve-
rum actum speci theologicæ. Ad prius argumen-
tum aliqui respondent, hunc actum non versari
circa Deum, & consequenter non esse spem theo-
logicam. Sed hoc non satisfacit, nam eti si hæc
actus explicitè & immediatè solùm versatur cir-
ca beatitudinem corporis, tamen implicitè ac
mediatè versatur etiam circa Deum. Nam Bea-
ti hanc beatitudinem corporis non desiderant
solùm propter suam intrinsecam bonitatem,
sed etiam quatenus per eam accidentaliter eti-
am perficiunt beatitudine animæ, & Deus alii-
quo modo perfectius possidetur; tum quia sic
integer homo secundum animam, etiam cor-
pus (quatenus hoc possessionis huius est capax)
Deum possidet; tum etiam quia cum beatitu-
do corporis omnino conueniat illi animæ sta-
tui, hæc modo suo statui minus conuenienti
Deum